



**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et  
Principis Monasteriensis Decas**

**Alpen, Johann von**

**Coesfeldiae, 1694**

6. Maturantur tractatus concordiæ. Instante Duce Neoburgico. Reclamat Plebs. Ejusdem sermocinationes. Senatus conatur Plebem molire. In Castris alij arma. Alij pacem suadent.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

1555.

mos inopinâ obsidione abjectos , fictâ ,  
quamdiu non poterant verâ, adversantium  
clade sustentarent.

At vero effrontes nonnulli etiam ausi *Quorun-*  
*majora , collatis antè capitibus , non se- dam au-*  
*mel in Curiam furiosius involare , ac su- dacia.*  
perbè comminari Senatoribus, si quid in-  
consulto Cive cum Principe transigant , è  
Senatu neminem salvis ossibusabiturum.  
Et eadem pluries audaciùs objectabantur.  
Ita gliscente in horas malo , impar multi-  
tudini Senatus, trepidusque, tanto niteba-  
tur studiosius populum demulcere ; quan-  
to dolebant serius medicinam parati , qui  
principiis obstare neglexerant.

Nihilo-tamen minus quotidie *Schone-*  
*fitum se conferebant Senatores , cæteriq; Matu-*  
Delegati, ad controversias aliquâ tandem *rantur*  
ratione sopiendas. Atque ipsi etiam Prin-*tracta-*  
cipi, ad subditorum commoda perattento, *tus con-*  
serium erat concordiam maturare, *cordia.*  
præfer-  
tim quod crescente indies metu à Sueco-  
rum copiis, utriusque interesset conceptæ  
jam compositionis telam absolvit. Urge-  
bâque missis subinde Cursoribus instanter *Instante*  
finem *Neoburgi* Dux *Philippus Guiliel-*  
*mus*, ne forte illam inter perdurantis dissi-  
dij moram , irreparabili partium damno,  
loci istius Suecia potiretur.

Jamque eò res deducta erat, ut ha-  
bito placitorum utrinque contensu, legi- *Recla-*  
matim *plebs.*

1655.

*Eiusdem  
sermoci  
natio-  
nes.*

timæ pactorum tabulæ ab utrâque parte  
subsignarentur. Sed hoc ipso tempore  
quorundam tactiosorum per Urbem cur-  
sitantium inquies effecit, ut eorum con-  
siliis obsfirmati Cives, mutatâ sententiâ  
decernerent, neque Principem neq; præ-  
sidiarios ad Civitatem admittere, nisi in  
alias, quas ipsi præscripturi esent, con-  
ditiones abiretur. Sibi enim jam explo-  
ratum, ab ea oppugnantum paucitate,  
damni nequidquam aut periculi timeri  
posse. Quid, quod ea paucorum manu  
irruptionem minari ausint, magis admir-  
andum quam gloriosum. Non eam  
esse Civitatis, mœnibus, vallis, fossis adeò  
munitæ debilitatem, ut istæ militum co-  
piolæ æstimari debeant. Et quid opis  
allatura imbellium illa, mixtaque invi-  
torum agrestum phalanx? ipsas forte  
fossas, si virgultorum fasces desint, eo-  
rum aggestu corporum exæquari posse.  
Aliam esse animosi cujusque civis men-  
tem, certè parati, promptique saluti Ur-  
bis, suæque ac posteriorum libertati &  
vitam & fortunas generosiùs immolare.  
Internæ vires impares si fuerint, promp-  
ta esse subsidia exterorum. Nec enim  
permisuram Batavorum, aut Suecorum  
vigilantiam, ut rebus suis opportunam  
adeò occasionem elabi sinant. Satiùs  
esse cordato cuivis Civi, horum opem

Episco-

1655.

Episcopali jugo anteserre. Nota sibi  
Principis ac Capitularium consilia, qui  
post occupatam militibus civitatem, pro  
arbitrau acturi sint cum ea, arcemque  
valido cum præsidio imposituri; quo jugo  
capti Monasterienses ea demum imperia  
patientur, quibus Padibornani, Mogun-  
tiarn, aliasque hujusmodi per Germaniam  
Civitates premi constaret. Hæc jam  
dudum præconcepta esse; DEI tamen  
beneficio, curaque Civium ac vigili ha-  
stenus sollicitudine frustrata. Injuriæ  
externam præfecto, infamiaq; apud po-  
steros, Nepotésque notam se incursu-  
ros, si demum hodiè ultrò ea concede-  
rent, quæ exantlatis tot laboribus ac  
molestiis, fidi Majores hucisque fortiter  
ad eò conservâllent.

Enimvero hoc vulgi tumultu indies  
crebrescente, Magistratus offendit ma- 7.  
gis cā inconstancia, injuriāque Princi- Senato-  
pem pertimeicens, singulis in Urbe Tri- res co-  
bubus ex ordine Senatorio nonnemi- nantur  
nem adjungit, qui pro suā apud mul- plebem  
titudinem autoritate, ad exuendam hu- mollire.  
jusmodi contumaciam, populum horte-  
tur, & explicit copias obſidentium opi-  
nione majores, si deficerent, etiam quo-  
tidie à viribus Confœderatorum nullo  
negotio augeri posse. Externum subsi-  
diū frustra expectari: Succos in Po-  
loniam